



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

82. Magiae PP. suspectis à Christo plurimi auertuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

na post breuem hanc vita, de Christianismi sanctitate ita differuit ut dicentes omnes suspicerent, sed optarent Pinnam, de iisdem enucleatis audire; & pari studio tam multos accederent, ut conuercent ad tria millia, non ægre ab idolis ad Christum vertendi, nisi dæmon instinctus, sceleratissimus nebulo, attentissimam concessionem auertisset, monuisseque magna voce, cautè sibi cauerent, ab illo venefico, qui suos auditores, solo halitu fascinaret, dementarētque ad omnia tūm credenda tūm perficienda, quo mendacissimo monito ne fraudulenter videretur aliis cauere sibi ipse os primus ambabus manibus obstruit; protipit se ex auditio, abeunte pars eius maxima sequitur, quod & prona sit incantamenti fides vbi plena sunt incantatoribus omnia; & Pauli mutatio erat eiusmodi, vt à P. Pinna fascinatum potius permulti crederent quam Christianismi virtute reformatum. Triginta solos tanto ex numero elegit Deus qui Christo nomen darent; profitentibus ceteris se Paulum secuturos nisi ante annum manifesta vindicta desertionem eius vlciserentur dij; quam sanè vindictam sibi non semel à dæmon intentam suis ad Deum precibus sic elasit, ut factum diuinitū credi posset. Hæc de Caciana Prouincia hoc anno. Pulocambi gesta fuere magis ambigua, sed abierat vix annus cum restituta sunt in statym meliorem à Buzomio qui magnitudine animi sapientis, Bonziorum conatus inimicos in compendium fidei conuertit. Deserebantur sensim eorum templa, idola, sacra, largitiones, auctoritas, nec mirum illos iurato furore contendisse ad extirpandam Christi fidem, nihil tamen eos vrebant crudeliū, sociorum ad Christum defectionibus quorum prærogatiua sanctitatis, & scientiarum magnum erat pondus ad faciendam legi nouæ quam mox depredicabant fidem, & obstruendum os Bonziis, quorum arguebant palam flagitia, & deliria confutabant, ex quo siebat ut turmatim ad Christum, Deorum cultores traherent. Vnus maius quiddam homine sapiens, & pro sancto coli, pro oraculo audiri solitus quod in Prouincia Pulocambis templum diis fundasset, milliaribus aliquot Nuocemano degebatur; inde fama excitus novi Dei, religionis nouæ, non ab occasu sapientiae Doctoris, quem contra Bonziorum, nemo confisteret, sui esse muneris ratus est, Cocincinae diis venire suppeditas, futurumque ut paucis pudore suffusum, & dedecoratum Buzonium cogeret ad renauigandum in suum Occidentem, quem illi magnificum de seipso sensum, non superbus de supercilie Bonziorum fastus, sed mera veritatis ignoratio afflabat: quamobrem fuit Buzonio facile, cognitis placidè illius somniis de religione, sigillatim ea retexere, singula confutare, confessionem falsi per singula ex eo impetrare, tam clara docentis perspicuitate, & intelligentia discentis, ut non posset satis sibi ipse irasci, suamque indignati cæcitatem, ad rationis insita manifestissima placita errore inexcusabili tam diu stolidam.

L 11 3

81.  
Magis PP.  
suspectis à  
Christo plu-  
rimi auct-  
tuntur.

Inde igitur Buzomij nutibus integrè emancipatus , eruditus est ad Magisterium plurimorum peculiari cura , Damiani nomen cum baptismo accepit , remissusque in suum oppidum ea statim suis suscepta fidei edita documenta ut de illa iam ambigeret nemo ; templum enim mortuatus subire , quod ipse fundarat , ornarat idolis , & suo sacrificiū ministerio ; idolorum stragem contumeliosam in eo facere , nullo eorum vestigio nisi ad ludibrium relicto ; templi vice haud procul sacram ædiculam condere , ad quam attonitis populis , dum mutationis tam subitæ causam rogantibus exponit , eadem operi Deum vanum , immortalitatem , felicitatem , ignes sempiternos , admisit . rum vltores criminata insinuat , & semi ian doctos , Nuocmanum definit perficiendos à Buzomio & beati fontis ablutione expiandos . Alum paulo post idem Buzomius haud minoris notæ ac ponderis , Literatum Bonzium ex vaferimo fraudum artificè Christi præconem fecerit . in ; nam vitali ex aqua Iosephi nomine renatus , sexaginta mortuens euasit animatum , quæ primigenia fucre nascentis illic Eccelsi liba , vbi suo cuiquam idolo positum olim ære suo templum , vero Deo addixit Salvatori , statuta in altari eius effigie . Post cenobia Bonzi- rum , aditum quoque ad viros Principes inuenit Christus . Huic vba Praefectus , natorum maximum non inuitus dedit ; maturi puerum super ætatem iudicij ; indole atque ingenio , ad virtutem & literas mirabilem , summæque amabilitatis . Eum Buzomio domi educandumpa- rens crederat , vbi per se puer obseruata nostrorum omni ratione agumentatus est , veram esse omnino , & sanctam legem quæ Magistrorum expressa moribus , omnem transcendenter Bonzij cuiusvis excellentiam , & virtutem . Quo puer annorum haud plus quatuordecim , argumento teneritatem vicit paterni amoris , impetravitque ex eo ut sibi licet hæri Christiano ; quod per baptismum asseditus , incredibile sit quot & quam insignibus fidelitatis minimè puerilis , & pietatis intima exemplis , quanta sponderet in posterum .

Sed Pulocambi secundis flatibus divini spiritus elidendis obiecit ex mon artes consuetas . Famosus Necromantes fabulatus est commen- platum se anum ex magico speculo , haud pridem facta in sanctam baptismate , paulo post mortuam , dira extremis in inferis luentem supplicia . Squalore , macie , lachrymis , desperatione perditam , & horribili oculorum oris que totius specie , quæ inter medios quibus denorabunt ignes sero lamentarerur simplicitatem suam , quæ se cultu abjecto Co- cincinenium Deorum , veteribus ab Occidente circumferentes aqua præbuisset execrabilis tingendam quæ facit Christianos . Se nunc id facinus cruciatu inexplicabili pendere ; proin si qua illum suorum , & patriæ moueret cura , denuntiarerit iis suo nomine , à fallacibus illis occidentalibus barbaris quam longissime cauerent , nisi vellent id ci- men iisdem secum poenis rogorum atrocium emere . Hæc dum passim cantaret homo scelerosus , velut iactus suorum charitate , & verba de- mortuorum

82.  
Necroman-  
tes fidem  
impugnat.  
Christ.